

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1879

788 - 791

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

19. *Voto schenkt dem Kloster Fulda Güter im Elsass u. a. in der Stadt Straßburg. 788 April 19 Schæffolsheim.*

Oportunum est unicuique, dum in hac mortali vita vivet, ubi immortaliter perpetueque vivere sperat dum licet cogitare studeat. ego in dei nomine Voto dono pro animæ meæ remedium seu pro pondere peccatorum meorum dono ad monasterium, quod dicitur Fulda, quod est in honore sancti salvatoris constructum, ubi ipse sanctus Bonifatius corpore requiescit sacro, ubi vir venerabilis Baugulfus abba¹ preesse videtur, donatumque in perpetuum esse volo hoc est in pago Alsacinse in villa Scaftolfeshaim, in Strazburga civitate, in Tunchinashaim, im Uuigfridashaim, in Gaganhaim, in Hantscohashaim, in Ehinhaim, in Falahabu, in Alabrunnen, in Barru, in Hunzolfeshaim, in Hirtunghaim, in Hughilahaim, in Niufera et ad Seaca id est cum terris, domibus, edificiis, mancipiis, vineis, silvis, arealis, campis, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, mobilibus et immobilibus. quicquid dici vel nominari potest, totum et integrum a die presente trado atque transfundo ea ratione, ut a die presente aut, si mihi deus legitimum dederit filium, liceat ei redimere cum duobus uerageldis. si hoc non fuerit, liberam in omnibus habeant supradictus abbas vel successores eius teneant potestatem. si quis vero, quod fieri non credo, si ego ipse aut aliquis de heredibus meis seu quislibet ulla opposita persona, qui contra hanc donationem a me factam venire temptaverit aut eam infringere voluerit, inferat cogente fisco auri uncias 15, argenti pondera 10, et quod repetit evindicare non valeat; sed presens donatio hæc omni tempore firma et inviolata permaneat stipulatione subnixa. actum ad Scaftolfeshaim publice data 13 kalendas majas anno 20 regni domni imperatoris Karoli. + Voten qui hanc donationem fieri rogavit + Theoberti + Uuinihardi + Liutharii + Ratberti + Emichoni + Thrudharii + Ursoni + Odalrichi + Hilticari + Uuitberti + Starcolfi + Nidgarii +.

Aus Dronke Cod. dipl. Fuld. p. 54 nr. 89 nach einem Fuldaer Chartular des 9ten Jahrh. f. 6^b mit der Ueberschrift traditio Voten de pago Alsacinse. Darnach auch bei Schannat Corp. trad. Fuld. p. 42 nr. 84 = Grandidier Hist. d'Als. I pr. j. p. 47 nr. 96 im Auszug.

20. *Theotheid und seine Gattin Ebursuind schenken dem Kloster Fulda ein überbautes Grundstück innerhalb der Neustadt Straßburg. 791 Juni 22 Straßburg.*

Sacrosanctæ ecclesiæ sancti Bonifatii martyris Christi, quæ est constructa super fluvium Fulda, ubi ipse sanctus martyr Bonifatius sacro requiescit corpore et ubi Baugulf abba preesse videtur, nos itaque Theotheidus et conjux mea Ebursuind donamus pro animæ nostræ remedium donatumque in perpetuum esse volumus hoc est infra nova civitate arialem nostram cum casa, quæ in ea stabilita est. ab uno latere habet Baldrud, ab altero latere via communis. ab una fronte habet Gotesman

¹ Baugulf Abt von Fulda, 779—802.